



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. XXIX. Frequenter D. Augustinus ad cælestem patriam animo ardenti
suspirat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

sponsa sposo tanto conglutinatur mentis ardore, ut præ magnitudine amoris nullâ perfrui valeat requie, cari sui absentiam non sine magno mœrore ferens; quâ ergo dilectione, quo studio, quo feroore anima quam deponfasti tibi fide & miserationibus, debet diligere te verum Deum & pulcerrimum sponsum, qui nos sic amasti & saluasti, qui pro nobis tanta & talia fecisti?

CAPVT XXIX.

Frequenter D. Augustinus ad cælestem patriam animo ardenti suspirat.

QVAM autem ad cælestem patriam ardenter aspiraret, ex his verbis Lector collige: O domus Dei luminosa & speciosa, ad societatem beatitudinis tuae desiderat peruenire anima mea, ubi Deus facie ad faciem cernitur, & hoc vita cibo mens sine defectu satiatur. Quantum plus valeo mecum considerare, tanto plus amore tui langueo, vehementi desiderio tuique dulci memoriam admodum delector. Libet itaque, libet in te oculos cordis attollere, libet de te loqui, de te audire, de te scribere, de te conferre, de tua beatitudine & gloria quotidie legere, & lecta sepiùs sub corde reuoluere: ut vel sic possim ab huius periturae vita ardoribus, periculis, & sudoribus, sub tua vitalis auræ dulci refrigerio trans-

Meditat.
c. 20. & 22.

transire, & transiens in sinu tuo fessum caput dormiturus vel paululum declinare. Tanta enim illius beatitudo, ut si non liceret amplius in eam manere, quam unius diei mora; propter hoc solum innumerabiles huius vitae anni pleni deliciis & circumfluentia bonorum omnium merito contemnerentur. Non enim falso aut prauo affectu dictum est, Melior est dies una in atriiis tuis super millia, & oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae preparauit Deus diligenteribus se. Hanc in rem adferunt Epistolam decimamoctauam Appendicis ad Cyrilum, in qua refertur, cum de caelestis gloria felicitate D. Hieronymum interrogare vellet, iamque salutationis exordium fecisset; repente lumen ineffabile sub Copletorij tempore, cellulam viri sancti implesse. Quare visa Augustinus mirabatur, nescius iam tum seruo fideli, vita functo, præmium in celis immortale datum esse. Itaque alternantibus se in eo cogitationibus, ac dubitanti quid hoc esset, de luce vox haec emissa fuit: Augustine, Augustine, quid quæris? putasne breui vasculo immittere totum mare? breui includere pugillo totum terrarum orbem? Citius haec præstiteris, quam gaudiorum & gloriæ, quibus Beatorum animæ sine fine potiuntur, vel minimam intellexeris

*Psal 83.
Isa. 64. &
1. Cor. 2.*

*Soleat citari
sub nu. 205
Epistolæ
dñi P. Au-
gustini.*

ris partem , nisi , sicut egomet , experientiâ doctus fueris. Quæ licet verissimè de cælesti gloriâ , eiusque assiduo speculatoro Augustino dicantur ; minùs tamen verè ei quidam ascribunt hanc Epistolam , quando licet Cyrillum ante Hieronymum obiisse : nisi forsitan (quod quidam indicare videntur) sit alius quispiam cui S. Augustinus Epistolæ suæ inscriptionem fecerit. Porrò solidiora rei huius argumenta sunt , frequentia passim in eius operibus ad cælestem patriam suspiria , cohortationesque. Sic enim in sermone De verbis Domini :

*Amemus vitam æternam. Non vobis placeat Serm. 64.
amor Babylonie. Ne obliuiscamini ciuitatem De verbis
Ierusalem. Et si corpus adhuc in Babyloniam te- Domini,
netur , cor nostrum ad Ierusalem præmitta- & Enar. in
tur ; ibi semper gaudium , nulla mors , nulla Psal. 148.
agritudo , &c. O si quotidie oporteret nos
tormenta perferre , si ipsam gehennam longo
tempore tolerare , ut Christum in gloriâ suâ
videre possemus , & Sanctis eius sociari ; nón-
ne dignum esset pati omne quod iriste est , ut
tanti boni tantæq[ue] gloriæ participes habere-
mus ? Domine hic ure , hic seca , ut in æternum
parcas. Ibi sit mens , & hic erit requies. Per- Serm. 175.
cipiebat hinc inusitatam mentis dulcedi- De temp.
nem , quæ omnem voluptatum affluentiam Li. 10. C6-
longè excedebat : sed recido , ait , in hæc (hu- fess. c. 40.
& lib. II. c. 2)*

R mana)

mana) ærumnosis ponderibus, & resorbeor
solitis, & multum fleo, sed multum teneor.
Tantum consuetudinis sarcina degranat. Hic
esse valeo, nec volo; illuc volo, nec valeo: mi-
ser utrobique.

CAPVT XXX.

*Ob cauſſarum quotidianoſ concuſſus ſepē
opera cæpta interruſpere cogitur, &
nocte lucubrare.*

PRO IN haud falsò queritur, quòd vel
inuitus hifce animi deliciis carere de-
buerit, & voto ſuo remiſſiūs agere quædam
coactus fuerit, ob forēſium cauſſarum quo-
tidianoſ tumultus, quibus uſiuueniebat ei,
ut operibus omnino diuersis animum diſti-
neret; ac vni quidem vacaret interdiu, al-
teri verò noctu, quando ab aliis occupatio-
S. Augusti-
ni velut
furiuſe ad
Deum pre-
cess.
nibus vndique irruentibus ei parcebatur,
& tempus ſilente diei ſtrepitū, consulendo
Numini fiebat opportunius: longè aliter
namque (ut hoc per tranſennam hic ad-
uertamus) Deus & homines interpellan-
tur. Regem enim noctu consulere, vel eius
fores intempeſtiuè pulsare audet nemo; at
Regis regū ianuam omni tempore, quam-
uis nocte intempeſtā, ferire licitum & con-
ſultum eſt: quin ipſa pulsatio quò vehe-
mentior, tanto fit gratior. *Hoc enim amat*
ianua